OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=7108 page 1/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11847

Oettalerin. Pſalmis multis praemiſſae ſunt Notae muſicae, atque ut non absque Paraphraſeos ſpecimine manum retraham, Pſalmus I. ita orditur:

Wol dem, der ſich bewaret
Für der Gottloſen Ratt,
Noch auff dem weg beharret
Bey Sünders Miſſethat,
Fleucht der Spotter Geſelſchafft
Vnd ſitzt bei inen nicht,
Derer Torheit Bös ſchaffet
In Wercken gantz entwicht &c.

Typis conatus hos impreſſos fuiſſe non ſemel in *Praef.* innuitur. Aſt ubi et quando?

DCXXXIV.

E. 8 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 357. non tamen omnium, nec eadem manu perſcriptorum, f. quondam pugnacis memoriae D. *Joh. Friderici Mayeri*, dein ab *Leibnitio* oblatus *Eugenio Sabaudico* inſcribitur: *Aurea Dicta, Expoſitiones ſacrarum Sententiarum, Solutiones Quæſtionum, Conſilia, Judicia, Carmina, Hiſtoriæ, et id genus vtiliſſimus multarum rerum theſaurus tam ex libris, quam ore Reuerendi Patris Martin: Luth: exceptus, ſub prandio, coena et alijs familiaribus colloquijs ac priuatis conuiuijs &c.* Ad margines legas: *Incepi haec ſcribere 26. die Julij. anno 1557. Salzungæ.* Itaque anno 11. ab obitu *Lutheri.* Item alia manu: *Hæc dicta perlegere initium feci 19. die Maj. anno 1657. Lipſ.* Nequaquam exhaurit ſaturam hanc Lancem Titulus, utut verboſus. Plurima enim offert aliorum etiam, puta *Brentii, Melanchthonis, Amſdorfii, Oſiandri, Flacii* &c. variorumque inferioris ſubſellii, quae minutatim percenſere volenti libellus ſcribendus foret. Itaque potiora tantum Capita indicare ſat fuerit, cum alioquin plurima huc tranſſcripta vel in *Lutheri* Tomis, vel in aliorum Opuſculis vulgata extent. Initium facit: *Martini Lut: Sententia in Præfatione ad Galatas. In corde meo iſte unus regnat Articulus, Fides Chriſti* &c. *Fol.* 18. *De Exorciſmo Controverſia agitata Gothæ. Anno ſalutis* 1550. In margine: *Canon.*

Widhopff, nicht Amſel der Vogel heiſt,
Der in ſein Eigen nebſt ſelber Schmeiſt.

Agitur enim contra M. *Georg. Merulam. Fol.* 33. Quomodo agendum cum Peccatoribus publicis. *Erſtlich, ſo die thaten öffentlich vnd vnleugbar ſind* &c. *Fol.* 36. *Judicia Conſilia et Sententiae de rebus variis, item conſolationes, præcationes D. M. Luth. et quorum-*

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=7108 page 2/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11847

rundam aliorum *Doctorum.* Primum *de Aſtrologia.* Excerpo ſequentem Epiſtolam: *Johan Friederich Geborner Churfürſt. Dem Ehrwirdigen vnſern lieben andechtigen Herrn Nicklaſſen von Ambsdorff Biſchoff. Lieber Er Biſchoff. ich will hoffen, mein vetter der Churfürſt* (Mauritius 9. Jul. in praelio letaliter vulneratus) *werde from werden, und ſich bekeren, Buſs thun, vnd vnrecht gutt wider gebenn, dann vnſer Herrgott hatt ihm gezeiget, das ſein lebenn in ſeiner Hand ſtehet. Denn wie ich heut berichtet, ſoll er mit zehen ſchuſsen ſehr hart verwundet ſein. Ich will ihm von hertzen vergeben. Gott gebe, das er ſich bekere, vnnd möcht, ſo es zu gotes Ehren gereichen ſol, leben bleiben, vnnd viel gutts ſchaffen. Das gebe Gott gnediglich Amen. Soll Er aber nicht gutt werden, wolle Es vnſer Herrgott ſchicken zu ſeinem Lobe. Actum Mittewoch nach Kiliani. Anno Domini* 1553. Additur, Αυτογραφον viſum et deſcriptum a M. *Barth. Roſino. Fol.* 118. *Vaticinia D. M. Lutheri et Aliorum de præterito, præſenti, et futuro Germaniæ ſtatu.* Initium: *Anno 1532. Menſe Auguſto do Hertzog Johans Churfürſt vorſchieden iſt, hatt D. Martinus dieſe wort geſagt. Gott achtet die könige vnnd fürſten, wie die kinder des Chartenſpiels* &c. *Fol.* 135. *Confutatio aliquot Articulorum ex decreto Synodi Tridentinæ. Philip. Melan.* Init: *Cum praecipiat Deus taxari opiniones* &c. *Fol.* 142. *Rapſodiæ ex Tractatu M. Victorini Strigelij de Sacramentis.* Incipiunt ab Hoſtibus Sacramentorum. *Fol.* 152. Varia ad Cauſam *Flacianam.* Epiſtolae nempe *Melanchthonis, Werneri, Illyrici,* Acta ſynodalia, Rhythmi: *Paſquillus Legatis Dalmaticis:*

Qui huc uenistis legati
Illyrici permerdati,
Ab illo concacati
Πολυπραγμοσυνη *inflati,*
Dolis Flaccicis armati,
Illius natibus nati &c.

Fol. 164. Varia *Lutheri* de Matrimonio et cauſſis matrimonialibus. Initium ab ejus Scripto contra *Dialogum Neobuli Tullichi de Polygamia.* 1541. *Fol.* 176. Sylloge *Epiſtolarum Lutheri* potiſſimum et *Melanchthonis* ad Varios. *Fol.* 219. Carmina varia *M. Joh. Stolſii, Ge. Sabini, Eob. Heſsi, Joh. Stigelii, Ge. Fabricii, Phil. Melanchthonis,* et quaedam minorum gentium, etiam graeca. Exemplo ſint: *Antichriſti Romani praecipui fautores et belli Germanici Authores.*

Carolus, Albertus, Mauritius atque Boëmus,
Perfidus a Mansfeld, Julius et Bauarus,

2026-06-29

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=7108 page 3/3
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11847

Carolowitz, Bunni, Turcus, Fax, Piſtor, Aratra, Eblebius, Verres, Werter et Ardelio.

Julio adſcriptum in margine *Epiſcopus*, videlicet Numburgenſis, *Aratris* ſimiliter *tota familia der pflüge*, *Ardelioni* denique *D. Kitzing*. Reliqua divinabit, qui volet. *Fol.* 232. *Logica Enodatio Loci de Praedeſtinatione ex his ſequentibus hinc inde inter Chriſtianæ religionis terminos uſitatis propoſitionibus, quibus Calvinianorum error etiam haud difficulter deprehendi et refutari poteſt.* Scriptum germanicum ſubjuncta ejus *compendioſa Delineatione* latina, cui ſubſcriptus *Daniel Scheffer*. *Fol.* 259. *Kurtzer Begrieff aller Handlung, wie ich David Scheffer, weiland Prediger zu Freiberg in Meiſſen, der Adiaphoren halben zu Dreſsden verdampt, meines Ampts entſetzt, vnd entlich Ins Elend bin vertrieben worden.* Meminit Scripti *Joecherus* in *Lex*. *Fol.* 283. ad finem Collectanea e ſacris et profanis Autoribus ſub certa Capita redacta, puta: *Deus*, *Angelus*, *Diabolus*, *Spiritus*, *Coelum*, *Ignis*, *Iris*, *Mare* &c. ſed inchoata tantum. Multa ſane et curioſa cum ad miras Doctorum ſub Proteſtantiſmi initia diſſenſiones, tum ad Hiſtoriam temporis omnem in hunc Faſcem congeſta ſunt, qui an aliquem ex iis autorem habeat, quos enumerat *Joh. Aurifaber* in *Praef.* ad *Lutheri Colloquia menſalia*, dicere non poſſum. Facile dabo, varia in eo contineri ἀνεκδοτα; verum ſingula Hominum memoratorum Epiſtolia cum jam vulgatis contendere, non niſi illius ſit, qui novam eorum Editionem moliatur, cui proinde Codex noſter praeſto eſt.

DCXXXV.

Faſciculus chartaceus Sec. X- R. 1834
VI. exaratus f. ſequentia diverſis manibus congeſta exhibet. I. quidem *Philippi Melanchthonis de Miſſa Judicium*, *Auguſtae Vind. menſe Julio* 1530. Incipit: *Quinque omnino poſſunt exiſtere opiniones de Miſſa* &c. et legitur in *Ge. Coeleſtini Hiſtoria Comitior.* T. II. p. 278. ubi Textui noſtro concordat. *Foll.* 5.

II. *Teſtamentum Philippi Melanchthonis.* Sine die et conſule. Legitur in *Brevi Narratione* de Morte illius edita *Witteb.* 1560. 4. paucis ante obitum diebus illum quaeri juſſiſſe Pagellas, *in quibus teſtamentum ſuum longo tempore ante deſcribere ita coeperat, ut ſuam de ſingulis religionis Chriſtianæ capitibus ſententiam explicaret, atque teſtatam ad poſteritatem faceret, quem et verum atque præcipuum teſtamentorum uſum apud priſcos illos et ſanctos patres fuiſſe conſentaneum eſt.* Pagellas illas non inventas, et ſuſpicionem eſſe, ſurreptas fuiſſe. *Philippum* igitur novam Scriptionem exorſum hoc initio: *Anno 1560. die Aprilis decimo octauo ſcripſi hoc teſtamentum*

in

2026-06-29